



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

L. Gebrüder von Boldensen verkaufen dem Kloster Diesdorf einen Hof in
Wendisch Tro, am 18. Mai 1341.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

L. Gebrüder von Boldensen verkaufen dem Kloster Diesdorf einen Hof in Wendisch Tro, am 18. Mai 1341.

Nos Wernerus, Otto et Vulradus, fratres, famuli. dicti de Boldensen recognoscimus tenore presentium publice protestando, quod cum consensu et voluntate Conradi et Woltheri fratrum et Woltheri, Weneri, Ottonis et Conradi fratrum, patruorum nostrorum, ac Woltheri, filii Weneri dicti, nostri patris, ac omnium heredum nostrorum quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, Honorabili domino, domino Alberto preposito, Mechtildi priorisse et conventui monasterii monialium in Dyldorpe curiam in villa Slaicali Tro quam bernardus, filius Slobe, quondam Slauus, inhabitat, cum omnibus iuribus, fructibus — pro quinquaginta quatuor marcis Luneburg, denariorum nobis ab ipsis prompte numeratis et solutis vendidimus iure hereditario iugiter possidendam plenam warandiam, prout de consuetudine hereditaria bona sunt warandanda, ipsis in omnibus et singulis prestaturi. Verum si prefati dominus prepositus — impediti fuerint — et Boldeuinus miles de Bodendike, Thidericus Bocmaft, et Eggehardus iunior dictus de Estorpe, famuli, postquam requisiti fuerimus ad disbrigandum bona predicta et alia quecunque ipsa tangentia infra quindenam . . . ad intrandum opidum Vlfen inde nequaquam egressuri donec premissa — obligati, prout hec omnia et singula prefato domino Alberto preposito et conventui ac Johanni Arnefvlet, . . . de Hydzaker moranti in Werdere ac Johanni de Hydzaker, famulis, ad manus usum et utilitatem predictorum fide manuali in solidum prestita promissimus et promittimus in his scriptis. Et nos — in quorum omnium — sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Vlfen et actum anno domini M^o. CCC^o. XLI^o. in crastino ascensionis domini.

Gercken's Dipl. II, S. 193—195.

LI. Der Convent des Klosters Diesdorf verkauft seiner Conventualin Kunigunde von dem Knefebeck eine Hebung, am 11. September 1343.

Nos Albertus, prepositus dei gratia, Mechtildis priorissa totusque conventus sanctimonialium in Dyldorpe Christi fidelibus singulis recognoscimus per presentes, quod unanimiter vendidimus deuote et in Christo nobis dilecte moniali Konegundi de Knefebek, domine Karitatis, dimidium chorom siliginis annis singulis infra octauam B. Martini de nostro granario percipiendum et antedicto officio karitatis perpetue commanendo pro VIII marcis argenti ad utilitatem nostram conuersis nobis totaliter et solutis. In cuius testimonium sigilla nostra presentibus eidentius sunt appensa. Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. quadragesimo tertio III. Idus Septembris.

Gercken's Dipl. II, 195. 196.